



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Cap. 15. De Romulo & Remo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

VLIVS proavus Iulij Proculi, qui cum Romulo Romam commigravit, fundavit Iuliam gentem. His diebus Hebræorum duodecimus Azarias qui & Ozias annis LII. In illo tempore Thespis Ocorifonis filio Athenis regnante, Assyriorum imperium deletum est. Vsq; ad id tempus fuisse Reges Assyriorum historia refert. Et fiunt simul anni mille nongenti nouem. Omnes autem anni regni Assyriorum à primo anno Nini supputantur mille ducenti quadraginta. Ab arces Medus Assyriorum imperio destructo regnum in Medos transtulit. Et interim sine principibus res agebatur vsque ad Antiochum regem Medorum. In medio autem tempore Chaldæi proprie præualebant: quorum separatæ quædam regnum successiones feruntur. Reliquæ quoque gentes proprijs legibus utebantur.

Caput 14.
De Iulio &
Assyriis.

ATINORVM decimus quartus Procas annis xxxiii. Post quem Amulius Siluius annis xiv. In illo tempore Roma palilibus qui nunc festus dicitur, est condita. Romulus & Remus ipsam condiderunt. Remus rutro pastoralis à Fabio Romuli duce occisus. Ob asyli impunitatem magna Romulo multitudine coniungitur. Anno ab vrbe condita lxxv. vna virginum pulcherrima, cunctorum acclamatione rapiens, Talasso duci Romuli decernitur. Vnde in nuptiarum solennitatibus, Talasso, vulgo clamitant; cui talis nupta fit, quam Talassus meruit. In illo tempore prima captiuitas Israël. Decem tribus à Senacherib rege Chaldæorum translatae sunt in montes Medorum. Regnumque est in Samaria annis ccl.

Cap. 15.
De Romulo
& Remo.

Hhhh

ROME.